

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Hic subnotata continentur Vita M. Catonis**

**Nepos, Cornelius**

**Argentinae, 1505**

**VD16 N 522**

Brief: Thomae Vuolphij Iunioris epistola ad Beroaldum

[urn:nbn:de:bsz:31-309461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-309461)

Fredericus tertius Alberto successit / qui una cum eius sp̄s  
sa Liennora Heduardi Lusitanæ regis filia Alphonſi Nea-  
politani regis neptis / Romã veniens a Nicolao, v. Romano  
pontifice coronatus iununctusq; est. Vnde mox Neapolim  
ad nuptias celebrandas p̄fectus est / q̄ excellenti Alphonſi re-  
gis munificentia; celebratae s̄nt. Tricesimo quoq; imperij sui  
anno (religionis gratia) Romã veniens / magnificentissime a  
Paulo, ij. pontifice Maximo susceptus & Donatus abscellit.  
Hic diutissime vixit; Imperavit em̄ circiter. l. annos.

DE MAXIMILIANO. CXVIII

Maximilianus īperator centesimus decimus octavus sup̄ra-  
dicti Frederici filius; Austriae dux; patre vivente Caesar effec-  
tus / patri in īperio successit; Vir liberalis & magnanimus; de  
quo quia superest nō possumus certã sententiã. Quoni-  
am ultima semp̄ Expectãda dies homini est dicit; beatus An-  
te obitū nemo sup̄remaq; funera debet. Adhuc vsq; annum  
qui est. M. D. V. a natali Christi nondū Romæ coronã acce-  
pit imp̄ ij. Dicitur tamē in Italiam hac de causa venturus.

¶ Finis.

Thomæ Vuolphij Junioris epistola ad Bero-  
aldum / qua interrogat; cur in Apuleianis cō-  
mentarijs Maximilianū Germanorū / & nō  
Romanorū Imperatorem dixerit.

Thomas Vuolphius Junior / Phi-  
lippo Beroaldo, S. P. D.

Platonem dixisse ferunt; magna vel ob id unū se dñs imor-  
talibus debere q̄ tēporibus Socratis sibi nasci contigisset; quã  
sententiã nos plane usurpare possumus. Si quidē felix sum  
ego / & felices illi / quicūq; te p̄ceptorē habuere meruerūt; &  
quibus nasci datū tēporibus tuæ vitæ. Tu multos discipulos  
qui barbari erāt latinos; Immo latinissimos; reddidisti. Solco  
interdū cū stupore & admiratione (in tuo gymnasio sedens)  
hinc inde p̄spicere & admirari; tam frequentē auditorū nume-  
rū. Visus es mihi alter Theophrastus; ad quē audiendum (si-  
cut Idonei auctores tradūt) discipulī ad duomilia q̄tidie perge-



bant. Nemo in Italia sexingentis ab hinc annis. tā frequēti au-  
ditorio litteras docuit: nec id mirū. Nam in te resplendet Plī-  
nians dicendi nitor: & illa mirabilis Tulliana opulencia: Tu  
nihil aliud es (ut Symmachi verbis utar) q̄ ex omī bonarū ar-  
tū ingenio collecta p̄fectio. Nec quisq̄ id tēporis ita nitet/ ut  
cōparatus tibi/nō sordeat. Vidi tua in Apuleium cōmentaria  
habent in se altā eruditionē: illa nudiustertius cuidā viro cele-  
bri in patrocinijs & fori operis. p̄ munere obtuli: quo accep-  
to/ magis inquit lator: mi Thoma: q̄ si aurum Smaragdos/  
aut quid his p̄ciosius donasses: Nam hoc libro fauorē mag-  
num mihi cōciliabo/apud quendā qui in curia Cæsaris primi  
est noīs: hoc dicto/mox paginas euoluere cōp̄it/ modo hæc  
modo illa legens/ & forte fortuna in eum locū incidit/ ubi dis-  
serto ac elegantī stilo/ ea cōplexus es: quę nostris temporibus  
cōtigerunt: vbi tē collectis non tam vetustis q̄ recentioribus  
exemplis/ fortunā exoculatā/ & ipsa leuitate leuiorē compro-  
bas. Ecce dum illa admirabundus legit/ venit eo ubi tu ita scri-  
bis. Vix Galli fines hostiles inuaserat/ vix machinas oppug-  
natorias parauerāt: cū repente maximus ducum dux: audito  
tantū belli nomine/exanimatus fortunæ opinor impediētē  
p̄cellam metuens: habenas rēq̄ subito reliquit/ & ad ip̄erato-  
rem Germanorū Maximilianū/ auro argentoq̄ omnia sporta-  
to: transfugit. Hæc ille dū caperata frōte legisset: miror inquit  
q̄ Beroaldus qui omēs omnīū doctrinarū libros/ & pōtificas  
& Cæsareas leges vidit/ adhuc ignorat/ aut certe se ignorare  
simulat Maximilianum non Germanorum/ sed Romanorū  
Imperatorem nuncupare ab eruditīs. An pudet facere Bero-  
aldum/ quod non pudet pontificem maximū/ ac omnes toti  
us Christiani reipub. principes ac reges/ a quibus semp̄ Ro-  
manorū/ nō autē Germanorū imperator vocat̄: quod ego au-  
diens fui nō nihil perturbatus/ q̄ videbā meum charissimū p̄-  
ceptorē/ nullo clipeo a me defendi posse: p̄sertim apud eū  
virū/ qui magnæ apud nos esset auctoritatis. At tamen dolo-  
rem vultu simulans/ exclamaui id Horatianū. Atq̄ opere in  
longo phas est obrepere somnū. Quo audito ille mitigatus  
est/ nā credebat te id inuidia quadā/ in ipsum cæsarē clamen-  
tissimū scripsisse. Hæc mi p̄ceptor p̄ eo amore q̄ te p̄sequor/



tibi significare statui. Tu mihi quæso ꝑ epistolam significes: q̄  
ratione ductus / talia fecisti. epistola tuæ exemplū illi qui te ar  
guit (nā ita sum pollicitus) mittā. Si rescriperis gratū senties  
discipulum. Præterea te rogo / ut hæc mea scripta qualiacūq̄  
sunt boni cōsulas. Bartolum & baldum quotidie in manibus  
teror: quorū illiteratissima scripta / si quis diutius legerit / etiā  
si sit eloquēs / infantissimus in dicendo efficiat oportet. Cete  
rū in istis politioribus litteris / hoc exiguū qd̄ scio tibi acceptū  
refero. Vale: Bononiæ. Anno christi. M. D. Idibus Februarij

**RESPONSIO PHILIPPI BEROALDI**  
Philippus Beroaldus Bononiensis: Tho  
mæ Vuolphio Iuniori. S. P. D.

Epistolam tuā obujs: ut aiunt manibus: excepi / utpote ele  
gantiae amoris officij refertissimā. Quod me / & mea in cœlū  
fers / bene facis. Decet em̄ bonū discipulum præconio bonis  
tatis extollere doctorem: ne sub poenitendo magistro militat  
se videat. Qd̄ amicus tuus stomacharivisus est. Propterea q̄  
imperatorem dixi Germanorū nō Romanorū: nihil est quod  
ob id stomachetur / cū ego in scribendo secutus sum rem nō  
verba. Immo ut noris apertius mentē meā. ego censeo hono  
rificentius esse imperatorē Germanorū dici / q̄ Romanorū: cū  
hoc seculo nobilitas Romana decoxerit fece & quisquils su  
perstitibus: Germania vero sit viris / opibus magnitudine flo  
rentissima. Præterea vocare regem Romanorū eum / qui Ger  
manis imperet / credidi cōuenire ambitiosis / nō simplicibus  
scriptoribus. Habeo persuasissimum / sacratissimum Maximi  
lianum non minus libenter audire / ut dicatur & sit imperator  
Germanorum q̄ rex Romanorum. cum alterū nomē re ipsa  
fulciatur / alterum titulo tenus blandiatur. Deniq̄ si ita ma  
uult amicus tuus / meus / noster per imprudentiam incurtam  
q̄ id dixi cum id horæ qua illa condebā mens historica magis  
negocia q̄ verba perpenderet / lapsus iraq̄ verbo sum / sed eo  
verbo / quod haud dubie sit ignoscibile. Ego quod ad me per  
tinet imperatorē maxime veneror: immo ut tu quoq̄ optime  
nolsti / nullus est hac tempestate inter celebriores professores /